


PROBLEMA XV.

Quomodo Turris ad cuius Basim progredi
nequeas, altitudinem dimetiaris?

Si quando ad ipsam Turris Basim vel per alia ædificia, vel fossas aut Aquas aut quævis Standem obstacula peruenire non potes, speculum bis deponito, obseruatoq; vt à prima statiõe directe retrocedas, neq; vel ad alterz latus inclines vel antrorsum pcedas, & sic iterũ Turrim in speculo cõtemplare, simulq; exacta animaduerte tũ vtrumq; speculi locũ & tuã ab illo vtrinq; distantia, fit vt in vtraq; ista obseruatione turris, altitudo à terra longior sit q̃ intercapedo est speculi & pedis, sicut in hoc exemplo. Fac longitudinem tuam esse pedum 7. primaq; obserua- tiõe distare te à speculo pe- dib. 4, in altera 6. Subtra- he igitur 4 à 6. & remane- bunt 2. inter vtramq; vero speculi positionẽ intersunt pedes 125. sitq; hæc tibi re- gula, 2. dant pedes 7. (alti- tudinem nimirum tuam vsq;




ad oculum) quantum igitur dabunt 125. pedes? & inuenies iuxta regulam pedes 437 1/2 veram Turris altitudinem. Vt ex hac adiuncta figura intelliges.

PROBLEMA XVI.

Qua ratione veram altitudinem Turris, existente pedis à speculo
distantia langiore q̃ dimensor est, ut semper ferè sit, inuenias?

Plerumq; contingit, vbi turrim sic dimetiri voles, vt remotius à speculo stare te oporteat q̃ sit ipsa corporis tui pceritas & tunc operaberis ad formã & modum huius exempli. Age sit in prima obseruatione tui pedis à speculo distantia pedũ 18. tua vero longitudo pe- dũ 7. In altera aut sit distantia interposita 28. pedũ, altitudo tua, vt ante 7. Inter vtraq; spe- culi positionem 155. pedes in- tersint, iam igitur quesiturus turris altitudinẽ, diuide 18. cũ longitudine tua 7. pedũ s. & p- uenient ex diuisione 2 2/3. Rur- sus partire 28. pedes cum 7. & pduces inde 4. Deinceps sub- trahere 2 2/3 à 4. & manebit 1 1/3. di- uisor nimirz, in quem diuides posthac 155. illos pedes, quo facto habebis 108 1/2 pedes alti- tudinis Turris quæsitã, sicut in hac vides figura.



CONCLUSIO TERTIAE PARTIS.

Quamuis super hac pulcherrima sanè & iucundissima speculatiõe multa adhuc essent & dicenda & huic nostro proposito applicanda, Consultũ tamẽ videtur à nostro Horosco- pio longius non recedere, sed quæcũq; de speculis adhuc dici possunt & debent, in iustum

E 2 raserz